

dam arborem vel parietem: Atqui res creatae, vel creabiles, non pertinent ad rationem formalem & specificativam...

Pertio, Si in voluntate divina esset aliquis amor creaturarum necessarius, Spiritus Sanctus ex illo procederet...

Dices: D. Thomas 1. p. quest. 37. art. 2. ad 3. ait: Si quis dixerit...

Respondet, concessio Antecedente, negando Consequentiam: nam D. Thomas verbis relatis non intendit...

Si inles, & opponas, D. Thomam asserere Patrem & Filium diligere omnes creaturas Spiritu Sancto...

Respondet explicando & distinguendo Majorem: Omnes creaturas capaces terminandi amorem, concedo...

Probatur secundum conclusio ratione a priori. Objectum voluntatis est quidditas rei ut exercite existens...

Secundo probatur idem Antecedens ratione D. Thomae. Quo aliqua potentia nobilior est & immaterialior...

Tertio probatur ex diverso modo tendendi intellectus & voluntatis. Voluntas enim fertur ad res prout sunt...

Denique idem Antecedens suadet: Ut enim ait Cajetanus, manifeste experitur, nihil nos impedire quod non existat...

Obijces primo: D. Thomas 1. cont. Gent. c. 84. in fine ait: Deus non vult nisi ea...

Respondet, concessio Antecedente, negando Consequentiam: quia bonitas, inquit, non sequitur ad ens nominaliter...

Respondent plures ex Thomistis, negando Antecedens: existimant enim creaturas possibilis nullam habere bonitatem...

Hac tamen responsio non placet: existimo enim, in via D. Thomae, creaturas possibilis habere bonitatem...

Obijces primo: D. Thomas 1. cont. Gent. c. 84. in fine ait: Deus non vult nisi ea...

Respondet quod D. Thomas in illo capite solum intendit probare, Deum non amare impossibilia...

Quod ut fiat evidenti, Adverendum est possibile posse sumi duobus modis. Primo stricte & proprie...

Obijces secundo: Deus amat suam omnipotentiam: Ergo & creaturas possibilis. Consequentia videtur manifesta...

Confirmatur primo: Deus amans suam omnipotentiam, non potest non complacere in ejus termino & objecto...

Confirmatur secundo: Deus diligens suam omnipotentiam, odit negationem possibilitatis creaturarum...

Ad objectionem, concessio Antecedente, nego Consequentiam. Ad cujus probationem, diligo Majorem...

Secundo responderi potest, distinguendo rursus eandem Majorem. Quisquis amat aliquod objectum...

Ad primam confirmationem, distinguo Majorem: in ejus termino & objecto formali & primario, concedo...

Ad secundam confirmationem, nego Majorem: negatio enim possibilitatis creaturarum non est capax terminandi odium Dei...

Obijces tertio: Creatura in statu possibilitatis sunt bonae, saltem secundum quid, quia habent suam perfectionem...

Respondent plures ex Thomistis, negando Antecedens: existimant enim creaturas possibilis nullam habere bonitatem...

Hac tamen responsio non placet: existimo enim, in via D. Thomae, creaturas possibilis habere bonitatem...

Obijces primo: D. Thomas 1. cont. Gent. c. 84. in fine ait: Deus non vult nisi ea...

Respondet, concessio Antecedente, negando Consequentiam: quia bonitas, inquit, non sequitur ad ens nominaliter...

Respondent plures ex Thomistis, negando Antecedens: existimant enim creaturas possibilis nullam habere bonitatem...

Secundo hac ratione: Unumquodque dicitur bonum, secundum quod est perfectum: Sed creature possibilis sunt...

Tertio, Bonitas consequitur entitati: At possibilibus convenit entitas, cum predicatio ista, homo est ens...

Dices, bonitatem consequi ad ens in actu & participialiter sumptum, non autem ad ens nominaliter...

Secundum, Enti nominaliter sumpto convenit sua integritas, & perfectio essentialis: Ergo & essentialis bonitas...

Tertio, Nulla est ratio cur sicut ens duplici illa gaudeat acceptione, secundum quarum unam sumitur nominaliter...

Denique contra eandem responsionem stare videtur D. Thomas supra quest. 6. art. 3. ubi triplicem perfectionem...

Dices primo, D. Thomas supra quest. 5. artic. 3. ad 4. docet quod mathematica non sunt bona, quia cum subsistant...

Respondet primo, D. Thomam loqui de bono simpliciter, ac proinde nobis non adversari, qui bonitatem solum secundum quid in rebus possibilibus agnoscimus...

Hac ergo solutio praetermissa, aliter principali argumento respondeo, distinguendo scilicet Antecedens: Creatura in statu possibilitatis sunt bona...

Respondet, concessio Majori, negando Minorem: licet enim falsus reproborum non sit futura absolute, est tamen futura respectu voluntatis divinae...

Quaeres, an ex hypothesi quod Deus amaret creaturas possibilis, illas necessario, vel libere amaret?

Respondet quod facta hac hypothesi, Deus non libere, sed necessario illas diligeret. Probatur breviter: quia in tali hypothesi, bonitas creaturarum possibilium non esset...

Confirmatur: In tali hypothesi nulla daretur variabilitas aut contingentia in amore Dei, ex parte actus, cum sit divinus & increatus...

Dices cum Scoto: Ex hypothesi quod creature possibilis haberent bonitatem ratione ejus essent ad Deo diligibiles...

Respondet, concessio Antecedente, distinguendo Consequens: Ex parte infinita activitatis subiecti attingentis omne quod est cum propria bonitate connexum...

Ad probationem Consequentiae, eodem modo distinguenda est Major, & concedenda de necessitate obiectiva, neganda vero de necessitate subiectiva...

Quod olim dixit Augustinus de peccato originali, nihil esse ad predicandum variis, nihil ad intelligendum secretis, de libertate Dei, verius affirmari potest...

DISPUTATIO III.

De libertate Voluntatis Dei.

Quod olim dixit Augustinus de peccato originali, nihil esse ad predicandum variis, nihil ad intelligendum secretis, de libertate Dei, verius affirmari potest...

ARTICULUS I.

Demonstratur in Deo esse perfectissimum liberatum.

Aristoteles & quidam alii antiqui Philosophi, quorum etiam meminit Divus Thomas infra quest. 25. art. 5. libertatem Dei cum ejus immutabilitate conciliare non valentes...

ARTICULUS II.

Per quid constituitur liberum Dei decretum, seu quid supradictas actus liber Dei, ad perfectionem eius necessarii?

§. I.

Aperitur difficultas, & referuntur sententiae.

quis potest vult. Quae verba exponens D. Ambrosius lib. 2. de fide cap. 3. dicit Spiritus sanctus dividit singulis prae-

1. Naturalis etiam ratio sufficientia praebet principia ad libertatem Dei demonstrandam. Primo quia libertas est maxima perfectio, nullum includens defectum, & de numero eorum quae simpliciter simpliciter, a Theologis nuncupantur. Ut enim dicit D. Bernardus in Cantica, Arbitrii libertas est plane quid divinum, presurgens in anima, tanquam gemma in auro. Cum ergo Deus sit infinite perfectus, omnesque perfectiones simpliciter simplices, formaliter in se continet, est etiam perfecte liber.

2. Secundo, Libertas est quoddam dominium vel in actus, vel in objecta: Sed Deo perfectum competit dominium, saltem in objecta volita; est enim omnino independens a creaturis: Ergo & perfecte libertas.

3. Tertio, ut dicitur Angelicus Doctor 1. contra Gent. cap. 31. Voluntas non fertur necessario ad ea quae sunt ad finem, si finis sine illis haberi possit; Medicus enim, v. g. non necessitat ea medicamenta adhibere, sine quibus aeger sanari potest: Cum igitur divina bonitas, quae sola est finis voluntatis divinae, sine creaturis subsistat, & sit ab illis omnino independens, Deus est liberrimus circa creaturas.

4. Quarto, Res procedunt a Deo sicut artificialia ab artifice: Sed artifex quamvis velit in se habere artem, non tamen ex necessitate vult artificia producere: Ergo Deus similiter non vult creaturas ex necessitate, sed ex perfecta libertate creare.

5. Quinto, omnis natura intellectualis habet non solum voluntatem, sed etiam liberum arbitrium. Atqui Deus est natura intellectualis: Ergo in eo non solum est voluntas, sed etiam liberum arbitrium. Major hoc dicitur fieri. Natura intellectualis triplici gaudet universalitate & amplitudine, quae carent alii natura rationis expertes. Prima est universalitas in essendo, quatenus per formas apprehensas, & per species intelligibiles, potest fieri omnia, & recipere naturas, & quidditates omnium rerum; non quidem in esse naturali & entitativo, sed intelligibili & representativo, ut in tractatu de visione beata, disput. 2. art. 1. fuse declaravimus. Ex hac universalitate oritur altera, nempe in iudicando, quatenus potest in omnem faciem veritatis obiectae, & considerare illa, ut sunt digna amore vel odio, & ut ubi necessaria, aut utilis, vel convenientia, ex qua nascitur virtus, quae est in appetendo, ratione cuius potest velle vel nolle, eligere vel non eligere quancunque bona particularia, quae non habent cum summo & primario bono necessariam connexionem, & in hac tertia universalitate consistit formaliter ipsa libertas. Ergo omnis natura intellectualis habet non solum voluntatem, sed etiam liberum arbitrium. Ita dicitur Sanctus Doctor quest. 23. de veritate artic. 1. ubi probat Deum esse summum liberum, quia est in supremo gradu immaterialitatis, & colligit libertatem & indifferentiam in agendo, ex universalitate in essendo, & iudicando.

6. Denique Perfectio Dei libertas in operando demonstrari potest alia ratione qua dicitur idem S. Doctor 1. parte quest. 42. artic. 2. ubi ait: quod dupliciter tantum contingere potest quod aliquid effectus non sit coevis voluntati, sed sit tempore posterior. Primo, si sit agens voluntarium, seu liberum, potest habere effectus posterius tempore; quia sicut potest eligere agere vel non agere, ita & hoc vel illo tempore agere. Secundo, si sit agens naturale, contingere ei tantum potest, quod non habeat effectum sibi coevis, seu statim ex quo est, quia non habet virtutem completam ad agendum: Sed mundus non est coevis Deo ex hac posteriori ratione, ut constat: Ergo ex priori.

7. Neque obest divina libertati impotentia ad peccandum, ut enim docet D. Thomas infra quest. 62. artic. 8. ad 3. posse peccare non pertinet ad essentiam, sed ad defectum libertatis. Unde Augustinus libro 22. de Civit. cap. 3. Certe Deus ipse, nunquam peccare potest, ideo liberum arbitrium habere negandum est? Non requiritur etiam ad perfectam libertatem indifferentiam ad diversos actus, (hac enim dicit potentiam, nec stare potest cum divina voluntate immutabilitate) sed sufficit indifferentiam ad diversa objecta, quae non habent necessariam connexionem cum primario obiecto divinae voluntatis, ut constat ex dicendis articulo sequenti.

8. Inter has duas sententias extreme oppositas, plures sunt mediae, quae utriusque rigorem mitigare, & temperare conantur. Prima moderato est, decretum Dei liberum non consistit ad adequate in formalitate intrinseca, nec in aliquo extrinseco, sed in utroque simul. Ita Basilus ubi supra cap. 5. & 6. Granado tract. de voluntate Dei disp. 5.

9. Questionem omnium difficillimam aggredimur, quae Theologorum omnium torquet ingenia, vel abhorret; & quae merito vocari potest aenigma sacratissimum, omnibus mortalibus adhuc incognitum, & humanis discursibus proflus inexplicabile. Unde plures Theologi perfectam eius intelligentiam differunt usque ad visionem beatificam, & aeterna vita fruitionem. Ut tamen hic aliquid eius notitiam & solutionem habere possimus, antequam varia Recentiorum placita in medium adducam, rationem dubitandi, ac difficultatis nodum, duplici argumento proponam.

Primum est: Actus liber ex proprio conceptu potest quod deficere possit, seu non esse in subiecto volente: Sed nihil Deo intrinseco potest, vel potuit illi deficere, seu in eo non esse, cum ille sit omnino immutabilis & invariabilis: Ergo in ullo intrinseco voluntati divinae, decretum Dei liberum consistere potest.

Quod si ob hanc rationem ad aliquid extrinsecum confugiarit, militat non minus efficaci argumentum. Nam de ratione actus liberi, voluntatem constituentis in actu secundo, est quod immanens sit, & vitalis: Ergo nequit per formam extrinsecam, & non immanentem, nec vitalem constitui. Quae dubitandi ratio, adeo Theologorum torfit ingenia, ut illos in tot fere sententias quot capita abire coegerit.

10. Duae tamen fuit extremae, & inter se omnino oppositae, ex quibus quasi e fontibus & capibus caetera dimanant. Prima, ut salvet immutabilitatem Dei, videtur negare eius libertatem: asserit enim actum liberum in Deo non esse alioquin determinationem intrinsecam eius voluntatis, sed illum constituit formaliter liberum per denominationem extrinsecam, ex actione qua creaturas ad extra produxit, quae iuxta hanc sententiam est formaliter transiens, & in ipsis creaturis recepta. Ita Aureolus supra citatus, & quidam alii quos refert Basilus Legionensis, q. 6. Scholastica variarum disput. cap. 3.

11. Secunda sententia extreme opposita, ut salvet Dei libertatem, videtur tollere eius immutabilitatem: docet enim decretum liberum consistere in perfectione quadam Deo intrinseca & extensiva, ratione distincta a perfectione necessaria, quae quia libera est, absque ulla imperfectione potest deficere a divina voluntate. Sententiam istam sic explicat Cajetano communiter attribuitur Recentiores, eamque variis notat censuris, illam absurdam, param in fide intam, pias aures offendentes, appellantes: ut videtur potest apud Valentium, Valquez, & Molinam. Suarez tamen disp. 40. Metaph. sect. 9. sentit hanc sententiam spectata solum ratione naturali, verisimilem esse, & probabilem; si tamen digne censuramus de Deo, & ut hinc docemur, dicit se non posse illi assentiri. In quo parum consequenter locutum esse disp. 28. sect. 5. notavit Arriaga, nam quae contra sententiam Cajetani obijci possunt, non tam ex fide, quam ex ratione naturali petuntur; immo quae ex fide obijciuntur, solvit Arriaga ibidem. Ipse vero sentit, sententia Cajetani de naturali penitus difficultatem libertatis divinae, nec in hac vita, aliam clariorem viam pro illius solutione apparere: nihilominus stando rationi naturali, eam verisimilem non esse. In quo sine dubio ipse parum consequenter locutus est: Nam libertas voluntatis divinae declarari & defendi debet, prout ratione naturali cognoscitur: Ergo si difficultas circa libertatem divinam penitus sententia Cajetani evacuat, & declarat, non potest illius sententia opponi his quae naturalis ratio dicit de divina libertate, ac proinde stare nequeunt haec duo quae asserit Arriaga loco citato: scilicet sententia Cajetani penitus de libertate divina voluntatis, & illam esse improbabilem, ratione naturali spectata.

12. Exillimo ergo, hanc sententiam, prout ab illis Auctoribus explicatur, a Cajetani mente profusus esse alienam, ipsamque intelligendum & interpretandum esse de perfectione libera, quae possit deficere, non in ratione perfectionis, sed in ratione terminationis, de qua infra. Et ita illum interpretatur Nazarius, Joannes a S. Thoma, & plures alii; ab hac calumnia recte doctissimum illum Cardinalem vindicantes.

13. Inter has duas sententias extreme oppositas, plures sunt mediae, quae utriusque rigorem mitigare, & temperare conantur. Prima moderato est, decretum Dei liberum non consistit ad adequate in formalitate intrinseca, nec in aliquo extrinseco, sed in utroque simul. Ita Basilus ubi supra cap. 5. & 6. Granado tract. de voluntate Dei disp. 5.

disp. 5. sect. 5. Arrabal, Herice, & alii. Differunt tamen inter se, in eo quod Basilus & Herice volunt illud extrinsecum, quod constitutionem actus liberi Dei ingrediuntur, esse passivam productionem creaturarum, seu effectum ad extra productum, quem volunt intrare in rebus, & ut formam partialiter constituentem: Granado vero & Arrabal, docent illud extrinsecum esse actionem productionem creaturarum, illamque solum in obliquo & terminative, in constitutione divini decreti importari.

14. Secunda moderato adhibetur a Fonseca lib. 7. Metaph. cap. 8. conclusione 10. quem sequitur Salas 1. 2. quest. 6. tract. 1. disp. 1. sect. 8. §. 7. ad 8. qui docent actum liberum addere ad necessarium, non quidem perfectionem extensivam, potentiam a Deo deficere (in quo a sententia Cajetani, prout ab ipsis intellecta, recedunt) sed modum realem, seu realem extensionem, sola ratione ab actu necessario distinctam, quae potuit realiter deficere, quoad suam realitatem modalem, licet postquam exstitit, non potuerit non esse.

15. Tertia moderato est aliorum, qui docent actum Dei liberum, formaliter, vel saltem complete, & inaduate, constitui per respectum rationis ad creaturas existentium vel futuris. Ita ex antiquis Thomistis videntur docere Capreolus in 1. dist. 45. q. 1. & Ferraricus 1. contra Gent. cap. 82. & ex Recentioribus Marcus Serra hic art. 3. Quos sequitur Valquez disp. 22. cap. 2. ubi ait: Voluntas libera Dei est ipsa ab essentia divina per modum actus eliciti, includit tamen habitudinem quamdam rationis ad res futuras.

16. Quarta & ultima sententia, quae mihi videtur probabilior, & doctrinae D. Thome conformior, infra §. 5. explicabitur.

§. II.

Rejiciuntur duas extremae sententiae.

17. Deo primo, Decretum Dei liberum, in denominatione extrinseca, petita ab actione transeunte, qua Deus creaturas ad extra produxit, adaequate non consistit.

18. Probat conclusio: Primo quia iuxta hanc sententiam, non nisi in sensu metaphorico salvatur Deum libere velle creaturas: Sed hoc repugnat Scripturae, ut constat ex locis articulo praecedenti relatis: Ergo &c. Sequela Majoris est evidens, externa enim creaturarum productio, non nisi metaphorice potest dici illarum volitio, & solum potest esse voluntas ipsi, non autem beneplaciti; unde iuxta hanc sententiam Aureoli, nulla datur in Deo voluntas beneplaciti, sed tantum quae, quod est contra communem Theologorum sententiam.

19. Secundo, Deus ab aeterno dicitur libere volens creaturas, & tamen actio illa transiens, quam ponit ista sententia, non fuit ab aeterno, sed in tempore: Ergo non denominatur liber ab illa.

20. Tertio, Deum esse libere volentem, est denominatio intrinseca & ad intrinsecam denominationem, ab actione non immanente, sed formaliter transeunte, nequit praestari: Ergo Deus non potest constitui, nec denominari libere volens creaturas, per actionem formaliter transeuntem, quae illas ad extra produxit.

21. Quarto, Si haec sententia Aureoli vera esset, absque illo inconvenienti posset Deus incipere aliquid velle de novo, cum non sit inconvenientiens, quod actio illa transiens productiva creaturarum, de novo ponatur in tempore: Consequens est falsum, ut constat ex infra dicendis: Ergo & Antecedens.

22. Denique, Si Deum libere diligere creaturas, nihil aliud esset quam eas producere, cum potentia ad non producendum, ut docet Aureolus: proposito ista ex Psalmo 113. Omnia quaecumque voluit fecit, redderet hunc sensum: omnia quae fecit, cum posset non facere, fecit; quod est ridiculum. Et ista: sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, sic esset exponenda: sic dedit Filium mundo, ut daret Filium, qui est absurdus locutus. Denique ista, salvum me fecit, quoniam voluit me, sic deberet interpretari in sententia Aureoli: salvum me fecit, quoniam salvum me fecit, quae est nugatoria repetitio.

23. Dico secundo: Actum liberum Dei non constituit per aliquam perfectionem extensivam, superadditam ad perfectiones necessarias, & ab illis ratione distinctam.

24. Probat conclusio: Primo quia si actus liber Dei aliquid perfectionem extensivam actu necessario superaddideret, Deus posset, vel potuisset habere aliquam perfectionem quam non habet. Sed hoc repugnat actui puro, & summe perfectio, ut constat: Ergo & illud. Sequela Majoris est evidens: nam in Deo potuit esse decretum quod de facto non fuit, v. g. deceptum creandi novum mundum, vel aliquid naturae Angelicam: Ergo si actus liber Dei, aliquam perfectionem extensivam actu necessario superaddideret, in Deo potuit esse aliqua perfectio extensiva, quae de facto in illo non est.

25. Secundo, Vel perfectio illa libera & extensiva, est realiter identificata cum entitate divina, vel non? Si primum, illa non potest entitative deficere, sed solum

terminative, & sic haec opinio coincidet cum communi sententia Thomistarum, infra exponenda. Si secundum, sequitur quod entitas divina, & increata sit in potentia in ordine ad illam, quod repugnat actui puro, & summe perfectio.

26. Tertio, in Deo admittenda non est aliqua perfectio imperfecti admixta: Sed perfectio defectibilis sub ratione entitatis, vel perfectionis, dicitur imperfectio; nam posse non esse, maxima imperfectio est: Ergo illa non debet in Deo admitti.

27. Denique, Hoc ipso quod perfectio illa entitative sit defectibilis, debet a voluntate divina entitative distingui, ut constat ex dicendis §. sequenti, impugnano sententiam Fonseca & Salas: Sed nulla potest in Deo admitti perfectio entitative distincta ab eius voluntate, alioquin illam actuaret & perferret, & cum ea realem compositionem efficeret: Ergo non potest admitti in Deo aliqua perfectio defectibilis sub ratione perfectionis, & entitatis, licet (ut infra dicemus) possit in eo admitti perfectio defectibilis sub ratione pure terminationis.

§. III.

Alia sententia mediae consulantur.

28. Inter duas sententias extreme oppositas, quas §. praecedenti impugnavimus, duas versatur mediae, breviter hic consulantur; quarum una videtur affinis opinioni Aureoli, altera vero parum distans a sententia qua a Recentioribus tribuitur Cajetano.

29. Dico ergo tertio: Decretum Dei liberum non constitui, etiam partialiter, & inaduate, per aliquid extrinsecum, nempe per effectus quos Deus ad extra produxit, vel per actionem, & causalitatem per quam illos produxit.

30. Probat conclusio ratione fundamentali. Implicat causa sum adaequate, vel inaduate constitui per suam effectum, cum prius natura quam illum producat, debeat esse complete & adaequate constituta: Sed creatura producta, & actio productiva illarum, sunt effectus decreti voluntatis divinae: Deus enim (ut inquit Apollonius) operatur omnia secundum consilium voluntatis suae: Ergo repugnat liberum Dei decretum, partialiter & inaduate constitui, per effectus ad extra productos, vel per actionem productivam illorum.

31. Confirmatur: In Scriptura creaturae dicuntur futurae, quia Deus illas vult: dicitur enim Psal. 17. Salvum me fecit, quoniam voluit me. Et Psal. 134. Omnia quaecumque voluit Dominus fecit. Et Apocal. 2. Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt: Ergo volitio Dei libera est causa futuritionis rerum, non vero futuritionis rerum, ratio constitutiva ipsius libere volitionis.

32. Dices cum Arrabal, & Granado: Velle Dei liberum non constituit, etiam inaduate, per effectus ad extra productos, sed per causalitatem, seu actionem, qua Deus illos ad extra produxit; & cum talis actio sit prior creaturis productis, consequens fit quod volitio Dei libera per eam constituta, illas praecedat, sicut ab eis independentes, ac proinde quod vere affirmetur creaturas esse existentes vel futuras, quia Deus libere voluit.

33. Sed contra primo: Non solum creatura, sed etiam causalitas, seu actio externa, quae illas producit, est effectus volitionis libere Dei; si semel Deus agit per actionem transeuntem formaliter, ut supponit illi Auctor: Ergo non minus repugnat per actionem, quam per effectum productum, constitui liberum Dei decretum. Consequentia patet ex dictis, Antecedens autem probatur. De illa etiam causalitate, & actione transeunte, verum esse dicere, illam existere, vel futuram esse, quia Deus vult illam esse futuram: Sed non quia vult necessario, alias necessario existeret: Ergo quia vult libere, & consequenter etiam illa causalitas est effectus volitionis libere Dei.

34. Secundo, Actio formaliter transiens, per quam Deus in sententia Adversariorum producit creaturas ad extra, non est a voluntate divina immedie, & tanquam a principio elicente, sed mediate tantum, & tanquam a movente, & applicante potentiam executivam ad illam elicendam: Atqui divina voluntas non applicat potentiam exequentem ad productionem creaturarum, ut est amor necessarius, alias necessario crearetur; nec ut in actu primo libere volens, quia ut sic non est applicans, sed potens applicare: Ergo applicat illam ut libere volens in actu secundo, & consequenter ut volens libere in actu secundo, ad talem actionem, & causalitatem prius naturae supponitur, & sic per illam non constituitur.

35. Confirmatur, & magis illustratur hac ratio, exemplo voluntatis creatae. Licet enim illa constituitur formaliter libere volens, per internam volitionem ab ea elicita, non tamen per actionem externam ab ipsa imperatam, & a potentia executiva elicita: quia talis operatio se habet tantum ut effectus ipsius, & eam supponit prius, saltem natura, libere volentem. Idem proportionaliter dicendum est de voluntate Dei, quia similiter actio transiens ad extra, non

non comparatur ad illam per modum actionis ab ea elicitae, sed per modum effectus ab illa imperati: unde eam prius natura supponit libere volentem, & consequenter liberum Dei decretum, adaequate constitutum.

32 Confirmatur, & arguetur amplius: Quia intellectus divinus directive ad actum divinae voluntatis concurrat, nequit in ratione dirigentis, & proponentis actu obiectum voluntati, per actum ipsius voluntatis constituitur. Ergo pariter, quia divina voluntas applicative concurrat ad actionem transeuntem potentiae exequentis, per quam in sententia Adversariorum, Deus ad extra creaturas producit, nequit in ratione libere applicantis, per tale actionem constituitur.

33 Ex his impugnaturs manet alter modus dicendi Basilii Legionensis, & Valentini Herice, qui volunt actum Dei liberum, inadaequate & partialiter constitui per ipsos effectus ad extra productos: si enim per actionem, & causalitatem qua causantur creaturae, liberum Dei decretum constitui nequit; a fortiori constitui non poterit per affectus productos, qui posteriores sunt praedicta causalitate, & qui cum procedant a voluntate Dei libera, eam supponunt ut libere operantem.

34 Secundo principaliter arguitur, & magis confutatur uterque modus dicendi horum Auctorum, listem sere rationibus quibus supra sententiam Aureoli impugnavimus. In primis enim, ut supra arguebamus, decretum liberum creandi v.g. mundum, ab aeterno convenit Deo, & consequenter ab aeterno est in Deo adaequatum illius constitutum. Sed nec effectus causati a Deo, nec actio qua causantur (supposito quod illa sit formaliter transiens, ut docent Adversarii) sunt ab aeterno: Ergo liberum Dei decretum, neque per effectus ad extra productos, neque per actionem per quam producuntur, constitui potest, etiam inadaequate & partialiter.

35 Secundo, Denominatio libere volentis est Deo intrinseca, ac proinde adaequate proveniens ab aliqua forma intrinseca, & in Deo existente: Sed nec effectus ad extra producti, & nec actio transiens productiva illorum, sunt intra Deum, sed extra: Ergo idem quod prius.

36 Tertio, Divina voluntas non solum est indifferens ad causandum vel non causandum creaturas, sed etiam ad volendum vel volendum illas causare: Ergo per ordinem ad volitionem vel nolitionem indifferenter, constituitur libere volens: Sed effectus causati, & actio qua causantur, non sunt volitio: Ergo non constituntur, etiam inadaequate, liberum Dei decretum, nec pertinent ad voluntatem beneplaciti, sed tantum ad voluntatem signi, ut dicemus disputatione sequenti.

37 Dico quarto, Actum Dei liberum non addere supra necessarium, modum aliquem realem ab illo ratione distinctum, qui poterit Deo desicere quoad suam realitatem modalem. Est contra Fonseca & Salas supra citatos, qui postquam Cajetani sententiam (prout ab ipsis intelligitur) ut parum in fide tutam recesserunt, in suam inciderunt damnationem, eandem sequentes, mutato solum nomine perfectionis, in nomen realitatis modalis.

38 Probatur ergo primo conclusio ratione qua supra rejecimus praedictam Cajetani sententiam. Nulla entitas imperfectio admittit potest in Deo reperiri formaliter: Sed entitas modalis defectibilis, importat imperfectionem: Ergo in Deo admitti non debet. Major constat, Minor probatur. Aliquid posse non esse, maxima imperfectio est, cum sit posse esse nihil, quod est supremum imperfectionis gradus: Sed entitas modalis defectibilis, potest vel non potest non esse: Ergo maximam imperfectionem importat.

39 Confirmatur: Entitas que taliter est, quod potest realiter non esse a se, sed ab alio tamquam a causa vera & reali. Atqui non esse a se, sed ab alio tamquam a causa vera & reali, maxima imperfectio est: Ergo entitas modalis, quae taliter est quod potest realiter non esse, maximam imperfectionem importat. Minor constat: Esse enim ab alio tamquam a causa vera & reali, importat dependentiam ab illa: Sed omnis dependentia dicit imperfectionem: Ergo non esse a se, sed ab alio ut a causa, maxima est imperfectio. Major autem, in qua posita est difficultas, probatur. Deus non alia ratione necessario est, nisi quia non habet esse ab alio, sed a se. Attributa etiam & relationes, ideo necessario sunt sine potentia ad non essendum, quia omnia conveniunt in ratione entis a se, per exclusionem causae. Ergo omnis entitas que taliter est, quod potest non esse realiter, non est a se per exclusionem causae, sed ab alio ut a causa vera & reali.

40 Quod amplius urgeat: Attributa namque & relationes, sunt ab alio virtualiter, nempe ab essentia divina, in qua virtualiter radicantur, & consequenter habent virtualiter causam, & tamen quia sunt a se per exclusionem causae causalitatis formali influxu, non possunt non esse realiter: Ergo ut aliquid possit realiter non esse, non sufficit esse ab alio virtualiter, sed necessario requiritur esse ab alio ut a causa reali causante per influxum formalem.

Probatur secundo conclusio ex alio inconvenienti, nam entitas illa modalis, quam illi Auctores volunt actum Dei liberum superaddere ad perfectiones necessarias, diceret in essentia divina imperfectionem potentiam, si quidem essentia divina se haberet ad illam, sicut potentia ad actum, & sic perfecte ad perfectivum, & cum illa faceret realem compositionem.

41 Dices, talem entitatem modalem non distingui ab essentia & voluntate divina, ac proinde non facere compositionem cum illa, nec ad eam comparari ut actum ad potentiam, vel ut perfectivum ad perfectibile.

42 Sed contra primo: Implicat entitatem modalem realiter defectibilem, identificari cum re vel entitate realiter indefectibili; alioquin eadem entitas simul esset defectibilis & indefectibilis: Sed entitas illa modalis est defectibilis, cum poterit non esse in voluntate divina ut latetur Adversarii, essentia vero, & voluntas divina est omnino indefectibilis: Ergo entitas illa modalis non potest cum ea realiter identificari.

43 Secundo, Realis separabilitas est signum evidens realitatis distinctio, cum idem a seipso separari realiter nequeat, sicut nec a se ipso realiter produci: unde dicit Aristoteles 7. Topic. cap. 7. *Si potest alterum sine altero esse, non erit idem*: Ergo si entitas modalis actum liberum constituit, fuit realiter separabilis a voluntate divina, id est potuit realiter non esse, divina voluntate existente, realiter ab illa distinguitur.

44 Dices, Ad separabilitatem illius entitatis modalis a voluntate divina, & entitate increata actus necessarii, non requiri distinctionem realem, sed sufficere virtuales & eminentiales, fundatas in infinitate & eminentia divinae naturae, aequivalenti entitati defectibili & indefectibili. Sicut ad salvandum quod essentia divina sit communicabilis, non autem paternitas, sufficit distinctio virtualis fundata in eminentia ejusdem divinae naturae, aequivalenti absoluto & relativo, communicabili & incommunicabili.

45 Sed contra primo: Non minus repugnare videtur, ut idem separatur a seipso, quam quod idem a seipso procedat: Sed sola distinctio virtualis non sufficit ad salvandam realem processionem, ut constat in divinis attributis, quae licet virtualiter ab essentia distinguantur, ab ea tamen realiter non procedunt: unde realis personarum distinctio, est solum ratione astruitur in divinis personis, ut salvetur processio unius ab altera: Ergo etiam virtualis distinctio non sufficit ad salvandam realem separabilitatem.

46 Secundo, Realiter mutabile & realiter immutabile, causabile & incausabile realiter, non possunt ratione solius distinctio virtualis, in una & eadem entitate identificata inveniri: Ergo pariter sola virtualis distinctio non sufficit, ut in una entitate conveniant realiter defectibile & indefectibile.

47 Tertio, Si virtualis distinctio sufficeret ad realem separabilitatem, posset etiam sufficere, & sic extendere ad realem separationem, & sic duo possent esse mutuo separata realiter, & tamen non esse realiter, sed tantum virtualiter distincta, quod est prosum intelligibile.

48 Denique, Separabilitas includit distinctionem, & supra illam addit negationem essentialis connexionis: licet enim omnia distinctio non sint separabilia, ut efferum de fide de personis divinis, & plures docent de materia & forma, quantitate & figura: omnia tamen separabilia, sunt realiter inter se distincta: Ergo implicat actum Dei liberum constitui per aliquam entitatem modalem, realiter defectibilem, & a divina voluntate separabilem, & tamen cum ea realiter identificatam, & sola ratione ab illa distinctam. Ex quo patet disparitas ad exemplum adductum, communicabilitas enim non importat negationem essentialis connexionis cum re incommunicabili, bene autem separabilitatem. Unde licet eminentia divinae entitatis, fundans distinctionem virtuales inter essentiam divinam & paternitatem, sufficit ad verificandum, quod essentia divina communicetur Filio, non vero paternitas; non tamen sufficit, ut idem a seipso separatur, ut separabile sit.

49 Tertio principaliter arguitur contra eandem sententiam. Modus ille superadditio actui necessario, & divini decreti constitutivus, debet esse perfectio: Ergo si ille potest desicere, & non esse in Deo, aliqua perfectio potuit Deo desicere; quod tamen Adversarii admittunt renunt, ne incidant in sententiam quam Cajetanus attribuunt, immo reputant absurdum, & fidei parum conformem, Consequentia patet: Antecedens in quo posita est difficultas probatur, primo quia omnis realitas absoluta, sub conceptu entitatis & realitatis, est formaliter perfectio: Sed entitas illa modalis, est entitas absoluta: Ergo est perfectio formaliter.

50 Secundo, Hujusmodi entitas est actualitas voluntatis divina, ut libere in actu primo, illam in actu secundo libere volentem constituit: Sed actualitas, ut talis, est perfectio formaliter: Ergo entitas illa modalis formaliter est perfectio.

51 Confirmatur, & magis explicatur haec ratio. Entitas illa modalis

actus liber intellectus divini, decretum liberum voluntatis constitutum supponit; cum liberis intellectus ex libertate voluntatis oritur: Ergo, &c.

52 Quarto, Voluntas non addit libere volens per intellectum, vel effectum illum, sed per aliquid ab ipsa procedens: Sed respectus rationis ad creaturam, a voluntate divina formari nequit: Ergo nec actus liber Dei per illum constituitur.

53 Quinto, adversus hanc sententiam militat hoc argumentum, quod proponit Basilii Legionensis loco supra citato, & cuius solutionem se nunquam vidisse vel audivisse testatur, Deus in re est actu volens: Ergo in re est omne necessarium ut actu sit volens: At respectus rationis non exiit formaliter in re: Ergo non est necessarium, ut Deus sit volens actu.

54 Denique, Scriptura variis in locis asserit, libera Dei voluntate omnia constitui & mutari, ac totam vim providentiae & rerum universi ferri docet pendere a liberis Dei decretis; & Sancti Patres, praesertim Augustinus & Thomas, Tractatu praecedenti citati disp. 4. art. 4. asserunt Deum in suis decretis futura contingentia cognoscere: Ergo absurdum videtur, talia decreta, in mera entia rationis resolvere.

§. V.

*Vera sententia sanctorum, & explicatur.*

55 Licet in hac materia difficile non sit aliorum impugnatione sententias, & ostendere quid non sit liberum Dei decretum, veram tamen proferre, & declarare in quo consistat libera Dei volitio, & quid ad perfectiones Dei necessarias superaddat, difficillimum, & fere impossibile Theologis semper visum est. Ut tamen aliquoties hoc sacratissimum anigma possit intelligi, & perfecta Dei libertas, cum ejus immutabilitate conciliari; antequam nostram sententiam explicemus, breviter hic resoluenda sunt ea quae §. praecedentibus fuisse ostendimus & expostuimus.

56 Constat ergo primo ex dictis supra, actum Dei liberum non superaddere ad perfectiones necessarias, perfectionem autem entitatem ratione ab illis distinctam; quia de ratione forma constitutivis liberum Dei decretum, est quod potuerit desicere, seu non esse in Deo; nempe si nolisset quod voluit, aut voluisset quod noluit, aut a volitione vel nolitione libera suspensus mansisset, quod esse possibile aliqui existimant: nulla autem perfectio, vel entitas potuit Deo desicere; alioquin Deus potuisset mutari, ut ostendimus: Ergo actus liber Dei non constituitur per aliquam perfectionem aut entitatem, ad perfectiones necessarias Dei superadditam.

57 Constat praeterea, actum Dei liberum non superaddere ad actum necessario solum terminum, aut solum respectum rationis ad creaturas: superaddit enim id a quo ut forma, vel a complemento forme provenit denominatio liberi volentis creaturas, haec autem sit realis, non potest desumi a respectu rationis; & cum sit intrinseca, & ab aeterno Deo conveniens, non potest peti a creatura in tempore producta; vel ab actione transeunte per quam fit producta: Ergo actus liber Dei non superaddit ad perfectiones necessarias solum terminum, vel obiectum, vel solum respectum rationis; debet ergo aliquid aliud superaddere, quod non sit Deo pure extrinsecum, sed intrinsecum, & quod tamen poterit desicere, seu illi non convenire. Pro cuius declaratione, & vera sententiae explicatione

58 Dico ultimo: Actum liberum superaddere ad perfectiones necessarias terminationem ratione distinctam, sub conceptu terminationis; & prout sic defectibilem, ac proinde actum liberum consistere in actualitate actus necessarii, ut ad creaturas libere terminata.

59 Substantiam hujus conclusionis, est non ita explicatam, tenent communiter Discipuli D. Thomae, eamque docuerunt Capreolus & Ferrarientis ubi supra, asserentes decretum liberum consisti per respectum rationis, non pro formalis, sed pro fundamentum respectus, ut essentia legitibus, manifestum erit: hoc autem fundamentum nihil aliud esse potest, quam talis terminatio, ut Ferrarientis clare expressit, his verbis: *Licet enim velle divinum sit in se necessarium, quod tamen ad creaturas terminatur, est voluntarium & liberum*. Sic Cajetanus venit interpretandus, quando asserit quod actus liber Dei dicit perfectionem extensivam, potentem desicere; solum enim intendit, illam posse, vel potuisse desicere, in ratione terminationis, non autem in ratione entitatis, aut perfectionis. In eadem sententiam incidere videntur omnes illi Auctores, qui licet ad explicandum divini decreti constitutionem, ad extrinsecum obiectum conjuvant, illud tamen, non pro forma partiali & inadaequate assignant, sed solum in obliquo, & terminative docent ingredi ejus constitutionem.

60 Denique hunc modum explicandi libertatem Dei, ut probabilem, & menti ac doctrinae D. Thomae conformem, defendunt Salmanticenses hic disp. 7. dubio 8. eumque ut probabiliorum elegit illustrissimus Dominus Gotoy, Episcopus



33. **Secundo contra eandem conclusionem principaliter arguitur.** Id quod est essentialiter Deo, necessario existit, ac proinde non potest deficere: Sed terminatio divine voluntatis ac creaturæ, est essentialiter Deus: Ergo necessario existit, & indefectibilis est; & consequenter in illa non potest formaliter consistere liberum Dei decretum, cum actus liber ex proprio conceptu petat quod deficere possit.

34. **Responsio distinguendo Majorem;** Necessario existit, sub conceptu entitatis & perfectionis, concedo Majorem; sub conceptu terminationis, nego Majorem; & concessa Minore, distinguendo est Consequens distinctione Majoris. Licet enim entitas terminationis libera necessario existat, exercitium tamen illius necessarium non est, sed potest vel potius Deo deficere.

85. **Insubis;** Si talis terminatio non existat necessario in Deo, sed potest, vel potuerit illi deficere, sequitur Deum posse, vel potuisse mutari: Consequens est falsum: Ergo & Antecedens. Probatur sequela: Mutari nihil aliud est quam aliter se habere intrinsicè ac prius: Sed si talis terminatio non existat necessario in Deo, sed potest, vel potuerit illi deficere: Deus potest, vel potuit aliter se habere intrinsicè ac prius: Ergo potest, vel potuit mutari.

86. **Responsio negando sequelam Majoris,** ad cuius probationem, distinguo Majorem: mutari nihil aliud est quam aliter se habere ac prius, per acquisitionem novæ formæ, entitatis, aut perfectionis, concedo: per solam novam terminationem, nego. Solutio patet ex supra dictis.

87. **Urgebis;** Talis terminatio, etiam sub ratione terminationis, dicitur perfectio: Ergo si potest Deo deficere sub conceptu terminationis, potest etiam deficere sub conceptu perfectionis, & consequenter Deo potest mutari. Utraque hæc consequentia patet ex dictis. Antecedens vero, in quo est difficultas, probatur. Exercitium voluntatis Deo ut libere, reducens eam de actu primo ad actum secundum, est perfectio: Sed terminatio illa est exercitium voluntatis Dei ut libere, reducens illam de actu primo ad actum secundum: Ergo est perfectio.

88. **Responsio negando Antecedens,** ad cuius probationem, distinguo Majorem: reducens de actu primo ad actum secundum entitativum, concedo Majorem; terminationem, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: est exercitium reducens de actu primo ad secundum entitativum, nego Minorem; terminationem, & denominativum, concedo Minorem, & nego Consequentiã.

89. **Dices;** Omnis actualitas est perfectio: Sed exercitium illud est actualitas: Ergo est perfectio. **Responsio distinguendo Majorem;** Omnis actualitas entitativa, concedo; terminativa, nego. Hæc enim licet perfectiolem implicet; ratione entitatis increata & infinitæ quam transcendentaliter includit, eam tamen formaliter non exprimit.

90. **Arguitur tertio;** Modus realis perfectibilis entitative, aut in ratione entitatis, dicitur imperfectio: & Ideo illum relegamus a constitutione divini decreti. Ergo etiam terminatio intrinsicè, in ratione terminationis intrinsicè defectibilis, imperfecta debet censeri, & consequenter a constitutione decreti relegari.

91. **Responsio,** concessio Antecedente, negando Consequentiã, & pariter. Ratio discriminis est, quia si modus realis quodam entitate potest deficere, non est identitatus cum sua existentia, nec esset ens a se, sed ab alio, & consequenter creatum, ut arguebamus contra Fonseca & Salas. Ex eo autem quod terminatio intrinsicè potest deficere sub conceptu terminationis, non deficiente sub conceptu entitatis, non sequitur non esse a se, nec cum sua existentia non identificari, ac proinde ex hæc defectibilitate, nulla imperfectio colligitur.

92. **Dices;** Ex eo quod modus quem Fonseca & Salas superaddiebant, debet esse entitative ens a se, collegimus fore entitative defectibilem, & e contra ex eo quod fore entitative defectibilem, non fore ens a se, sed ab alio: Ergo ratio ens a se, defectibilitatem excludit. Sed terminatio libera, sub conceptu terminationis, est ens in se, identificatum cum sua existentia: Ergo est indefectibilis, etiam sub conceptu terminationis, vel si sub conceptu potest deficere, sub illo non est a se, sed ab alio, & consequenter, imperfectiolem dicitur.

93. **Responsio concessio Antecedente,** distinguendo Consequens. Excludit defectibilitatem, sub conceptu entitatis, concedo Consequentiã; sub omni conceptu implicante conceptum entitatis, nego Consequentiã: Sicut enim ex eo quod omnis formalitas extra Deum fit ens ab alio, recte colligitur debere causari a Deo sub conceptu entitatis, non autem inferri quod debet ab alio causari sub omni conceptu implicante conceptum entitatis, ut supra dicebamus. Ita ex eo quod omnis divina formalitas fit ens a se, bene inferri debere esse indefectibilem sub conceptu entitatis, non autem colligi debere esse indefectibilem, sub omni conceptu implicante conceptum entitatis a se, & increate: ex quo folium inferri, terminationem liberam esse indefectibilem entitative, non autem quod sit indefectibilis terminative.

Denique contra eandem conclusionem arguitur. Ex natura sententia sequitur, terminationem liberam realiter distingui a terminatione necessaria: Consequens est falsum: Ergo & Antecedens. Probatur sequela, separabilitas est signum distinctionis: Ergo realè separabilis, realem distinctionem indicat, ut supra contra Fonseca & Salas arguebamus: Sed terminatio libera est separabilis realiter, quoad sui intrinsicè, a terminatione necessaria, cum potest realiter quoad intrinsicè Deo non convenire, & terminatio necessaria essentialiter illi conveniat: Ergo realiter ab illa distinguitur.

**Responsio negando sequelam;** Ad probationem, concessio Antecedente, distinguendo Consequens; separabilitas realis entitative, vel sub conceptu entitatis, concedo Consequentiã; non entitative, sed terminative, vel sub conceptu terminationis implicantis conceptum entitatis, nego Consequentiã, & sub eadem distinctione minoris subsumpta, nego secundam Consequentiã. Solutio sufficienter patet ex dictis, nec majori indiget explicatione.

### ARTICULUS III

*Alius modus probabilis explicandi actum liberum Dei.*

#### S I

*Explicatur sententia, & afferuntur rationes dubitanti.*

**Præter** modum explicandi quo sententiam communem Thomistarum delinquimus, in quo Reverendissimi Magistri Godoy scriptus usi sumus, qui tamen non adeo probabilis multis vultus est, alius est quem plures scilicet excellentissimi: Unde rogarunt me quidam, ut in hac questione celebri & perspicillibus morum gererem, & alterum explicandi modum adjuverem, ne quid in nostra Theologia ex communiori sententia Schole nostre desiderari possit. Præmissa igitur explicandi modo, & in sua probabilitate recte, alium adjuvengo placuit.

Alter igitur communiori sententia inter Thomistas, ut potius alius explicandi modus, admittit actum liberum Dei esse ipsimet actum necessarium voluntatis divine, non tamen ut necessarium est, & respicit bonitatem divinam, sed ut terminatur ad creaturas, & eas commotat, a quibus cum omnino independens sit, eas summa indifferentia, & omnino libere respicit. Unde in actu libero Dei duo distinguenda sunt, alterum importatur in recto, & est ipse actus voluntatis divine, secundum suam entitatem & perfectionem intrinsicam, que necessaria est; alterum vero importatur in obliquo, & sunt creaturæ quas producit, & quas ut effectus commotat. Sicut enim cum dicitur Deum unitum esse hypotheticè humanitati Christi, nihil aliud reperitur, quam ipsa persona divina, qua importatur in recto, humanitas Christi in obliquo, sine alia superaddita perfectione, qua persona divina uniatu: ita intelligendum est, quod cum Deus dicit libere volens creaturas, nihil aliud etiam reperitur, præter ipsum actum voluntatis divine, qui summa actualitate terminatur ad creaturas, & eas commotat sine ulla perfectione intrinsicè, qua terminatur. Et potest esse aliud exemplum forsitan aptius in ratione creaturæ Dei, seu creatione activa, siue pertinet ad intellectum, siue ad voluntatem, siue ad aliam potentiam executivam. Creatio enim activa, nihil aliud est quam actus siue intellectus, siue voluntatis, ut connotat effectum productum, ita ut nihil aliud medium, nulla perfectio superaddita assignari debeat inter actionem Dei immutabilem, & effectum productum; ita etiam cum Deus dicitur libere volens creaturas, nihil aliud admitti debet, præter ipsum actum voluntatis divine, secundum se immutabilem, invariabilem, indefectibilem, & creaturas quas producit, & tanquam effectus commotat.

Verum antequam hanc sententiam probemus, prius adferenda sunt argumenta, que possunt obici, & quibus pugnari solet; nam ut supra advertimus, hoc habet commune hæc questio cum mysteriis fidei, in præceptis aut unica difficultas fit in solventis rationibus, & argumentis, que obijciuntur. Ea vero argumenta hæc eadem sunt, que supra §. 5. contra sententiam Gonzalez obijciimus, que licet satis difficulta sint, ea tamen solvere conabimur, ut sententiæ quam hic explicamus, omnino sua probabilitas constet.

Omnia vero ad duo capita revocari possunt. Primum probat libertatem divinam debere consistere in aliqua perfectione superaddita actu necessario; quia actus liber, qua liber est, debet posse deficere, esse & non esse. At qui actus voluntatis divine, necessarius secundum se, & quantum ad entitatem, non potest deficere: Ergo addenda est aliqua perfectio, intrinseca quidem, sed tamen que possit deficere: sicut servata proportione libertas creata est aliqua perfectio addita actu necessario, ipsi intrinseca, & tamen defectibilis.

Secundum vero, & quo primum confirmatur, probat directe non posse consistere in actu necessario: quia cum

effectus & denominatio sit similis formæ, a qua oritur, impossibile videtur quod actus voluntatis denominet, & veluti effectus volentem alio modo quam sit: Ergo impossibile est, quod actus voluntatis libere volentem denominet, sed denominabilis folium necessario volentem. Ad hæc duo cetera omnia reducuntur, que postea asseremus & solvemus.

#### §. II.

*Explicatur sententia prolatæ, & defenditur.*

**Idco** libertatem divinam posse recte explicari, asserendo quod actus liber, fit ipse actus necessarius, non quidem ut necessarius est, & ut terminatur ad bonitatem divinam, sed ut terminatur ipse actus necessarius secundum se, & quantum ad entitatem, in obliquo vero importatur creaturæ. Hæc sententia communior est inter Thomistas, quam inter ceteros egregie explicat & probat Nazarius, ex quo plura hic desumimus.

**Probatur** conclusio: Ad libertatem divinam siue ut analogice convenit cum libertate creata, siue singulari ratione, quatenus divina est, & a creata differt, tria dumtaxat requiruntur. Primo quod sit perfectio intrinsicè, cum sit perfectio vitalis, & immanens; Secundo quod sit defectibilis, quia actus liber, qua liber est, potuit non esse; & tertio ex eo quod est divina, requiritur quod sit immutabilis, quia in Deo nulla esse potest mutatio, ac mutationis umbra. Atqui hæc tria explicatur, & conciliantur, si actus liber fit ipse actus necessarius, non quidem ut necessarius est, & respicit bonitatem divinam, sed quatenus respicit creaturas: Ergo &c. Minor probatur, & in primis esse perfectionem intrinsicam & immutabilem, est manifestum; cum entitas actus necessarii vitalis, fit immanens, & repugnet unquam posse mutari. Possit vero etiam deficere, in quo est tota difficultas, & quod videtur non satis posse cum immutabilitate conciliari, probatur ex eo quod non dicimus actum liberum esse ipsam actum necessarium, ut necessarius est, sed esse actum necessarium quidem quantum ad entitatem, ut tamen connotat creaturas: Atqui sub hac ratione potuit deficere, & potuit non esse: nam cum creaturæ ipsa possit non esse, etiam necesse est, ut hæc connotatio, que reperitur in actu necessario, possit deficere, sicut terminatio personæ divine, qua terminat humanitatem, deficeret, est nihil intrinsicè amitteret, quod naturæ divine superadditum sit, ex eo præcisè quod humanitati uniri, & terminari deficeret.

**Probatur** secundo, & ut multa prætermittamus que minus difficultatem attingunt, unicum solum ostendendum videtur, scilicet non esse necessarium, ut admittatur aliqua perfectio, vel actualitas, vel aliud quod simile, quod superaddatur actu necessario, ut admittatur aliqua perfectio, que quantum ad entitatem & substantiam, connotat creaturas, & ex ea connotatione denominari & fieri liberum: unde potest sic confici argumentum. Potest actus voluntatis divine secundum se necessarius, terminari ad creaturas, ut ad objectum materiale, sine alia perfectione superaddita: At qui terminatur ad creaturas, non potest non esse liber: Ergo non est necesse, ut actus liber addat actu necessario perfectionem intrinsecam. Minor est evidens; non enim alio modo potest respicere creaturas, quam libere, cum sit ab iis omnino independens, neque libertas exercetur nisi circa creaturas, nam bonitatem divinam necessario respicit tanquam proprium specificationem. Major vero etiam probatur. Quando actus terminatur ad ipsum objectum formale & specificationem, potest sine ulla perfectione, vel actualitate superaddita, terminari ad objectum materiale: At qui creaturæ sunt obiectum pure materiale respectu actus voluntatis divine: Ergo idem actus necessarius, qui terminatur ad bonitatem divinam, ut obiectum formale, potest sine perfectione superaddita terminari ad creaturas. Major videtur aperta, quia cum potentia & obiectum proportionem, & adæquationem habeant, sicut obiectum formale omnium continet perfectionem, bonitatem & difficultatem; ita etiam omnis perfectio potentia, & veluti omnis ejus vis exercenda est, ut possit attingi: cum vero obiectum materiale nullam perfectionem addat, nulla etiam ex parte potentia requiritur major perfectio superaddita.

**Confirmatur** exemplo intelligere divini. Idem enim intelligere divinum quod terminatur ad essentiam divinam, ut ad obiectum formale, sicut obiectum materiale: Ergo etiam idem actus voluntatis divine, necessarius quantum ad substantiam, potuit terminari ad creaturas, sine alia perfectione superaddita. Idem etiam aut quid simile contingit interdum in rebus creatis, cum eadem rebus patuit terminari, que terminatur ad unum filium, terminatur ad ceteros, est nihil intrinsecum ipsi advieniat.

**Probatur** tertio ex quatuor dotibus & perfectionibus voluntatis divine, quibus creatam superat, & quibus ostenditur, quod licet libertas creata sit aliqua perfectio superaddita actu necessario, aut ipsi ipsi peraddita actu necessario, aut ipsi ipsi peraddita actu necessario, aut ipsi ipsi peraddita actu necessario.

ditur, quod licet libertas creata sit aliqua perfectio superaddita actu necessario, aut ipsi potentia: libertas divina nihil addat, sed sit ipse actus necessarius ut terminatur ad creaturas.

Prima perfectio est summa actualitas voluntatis divine, ex qua sic arguitur. Ideo libertas creata est aliqua perfectio & actualitas superaddita, & que media est inter potentiam & obiectum; quia voluntas creata est potentialis, nec potest seipsum immediate verari circa obiecta, & ea stringere: At qui voluntas divina actualissima est, & actus purus: Ergo poterit immediate, & sine perfectione superaddita, ad obiecta terminari.

Secunda perfectio, & que ex priori oritur, & quod habeat immediate dominium supra obiecta, & quod libertas divina non consistat in dominio quod habet supra actus, ut libertas creata, sed in dominio quod habet supra obiecta, que potest producere & immutare prout voluerit, ex quo sic eruitur argumentum. Voluntas divina actualissima, vel unicus actus ipsius, equo nullo modo ditungitur, & qui secundum substantiam est necessarius, debet comparari cum obiectis, sicut voluntas creata comparatur cum suis actibus: At qui voluntas eadem quantum ad substantiam producit actus & necessarius & liber: ros, quibus denominatur & necessario & libere volens: Ergo etiam voluntas divina, aut unus actus ipsius, idem omnino respicit, & bonitatem divinam & creaturas, & ab eo denominatur & necessario & libere volens; & cum creaturas varie respicit, & immutat ut liberis, etiam varie denominari poterit & volens, & volens.

Tertia perfectio est, quod voluntas divina sit infinita, & actus ipsius infinitus sit; unde sic arguitur. Ideo in creatis actus liber distinctus est ab actu necessario, quia sicut ipsa voluntas creata finita & limitata est, ita & qui libet actus est finitus; unde & plures requirit, quorum unus sit necessarius, alius sit volitio, alius vero nolitio; unus veretur circa unum obiectum, alius vero circa alterum: At qui e contra actus voluntatis divine infinitus & illimitatus est: Ergo idem qui secundum se & quantum ad substantiam est necessarius, poterit etiam esse liber, esse volitio & nolitio, velle unum, nolle alterum, & cum ille unicus, utpote infinitus, æquivaleret omnibus actibus voluntatis creatae, & eorum omnium vim & efficaciam, quamvis diversè sint ordinis, continet, poterit eorum omnium effectus, vel quasi effectus præstare, & denominari libere & necessario volentem & nolentem: sicut forma superior que inferiores virtutes continet; ut est anima rationalis; que continet vegetativam & sensitivam, eorum omnium effectus præstare potest.

Quarta perfectio est, quod non specificetur a creaturis; ex quo sic arguitur. Ideo actus voluntatis creatae unus & idem non potest esse necessarius & liber, terminari ad unum, non terminari ad alterum, esse indifferens ad terminationem, & non terminationem, quia specificatur a suis obiectis, & ab iis essentialiter dependet: At qui e contra voluntas divina non dependet a creaturis: Ergo poterit idem actus esse & necessarius & liber, volitio & nolitio, &c. Major est evidens, quia cum actus specificetur a suo obiecto, fit inde, ut actus essentialiter consistat in habitu ad suum obiectum; unde semper eodem modo se habet, & eandem denominationem tribuit; si fit volitio, denominatur volitum; si fit necessarius, denominatur volitum necessario: Ergo e contra si non specificatur ab obiectis, sed ab iis fit independens; poterit idem actus esse & necessarius & liber, & utriusque denominationem tribuere.

**Confirmatur:** Voluntas divina summe actualis, & unicus actus ipsius, qui ab ipsa ne virtualiter quidem distinguitur, ut alias diximus diff. 1. art. 1. concl. 2. & qui omnino quantum ad substantiam est necessarius, potest efficere & præstare ea omnia que potest voluntas creata, cum ratione suæ mutabilitatis, cum ratione suæ indifferentiæ, cum ratione plurimum actuum: At qui facile intelligimus voluntatem creatam, ratione suæ indifferentiæ, & per plures actus, posse velle unum necessario, & velle alteram libere: Ergo & voluntas divina, est nulla alia perfectio intrinsicè superaddita, poterit & velle & nolle, & velle necessario & velle libere. Major videtur aperta, quia voluntas divina, & unicus ipsius actus, continet eminenter quiddam perfectionis est in libertate, & indifferentia voluntatis creatae, non minus quam essentia continet omnem rationem entis; unde voluntas divina actualissima, correspondet voluntati creatae ut est potentia, & ut habet actum; & sicut essentia divina, qua infinita est virtutibus, in se habet rationes omnes, & eas veluti conciliat, qua in creatis oppositæ sunt; ita summa illa actualitas voluntatis divine, & immutabilitatem, & defectibilitatem, qualis necessaria est, & sufficit ad libertatem, conciliat.

**Confirmatur** ultimo exemplo ex mysterio Incarnationis desumpto: eadem enim videtur esse utriusque difficultas, & omnino par ratio. Nam quod in actu libero Dei difficultatem ingerit, est quod duo necessario addenda sint, que non videntur posse conciliari, scilicet immutabilitas actus, & defectibilis, qualis requiritur ad libertatem; hæc duo etiam

etiam in mysterio Incarnationis occurrunt, nam persona divina incipit de novo terminare, & potest definire terminum, & tamen persona divina est immutabilis, unde videtur eodem modo utraque difficultas resolvenda. Ita vero mysterium Incarnationis explicamus, quod immutabilitas se tenet ex parte personae, omnis vero mutabilitas, & sola, ex parte naturae assumptae; neque necesse est illam perfectionem intrinsecam admitti in persona terminante, quae possit mutari & finire; cujus ratio est, quia adherunt Thomistae cum D. Thoma, quod persona terminet ratione sua actualitatis, & non potentialitatis: unde ipsa persona immutat humanitatem, ipsa vero nulla ratione mutatur, quia habet aliquid potentialitatis, & potest alio modo se habere. Idem igitur erit dicendum de actu libero Dei quantum ad substantiam esse omnino immutabilem, & tamen necessarium, mutationem vero, & defectibilem se tenere ex parte creaturae productae, quam connotat, neque aliud admittendum esse ex parte actus, quod possit finire; cujus eadem ratio est, quia actus voluntatis divinae non immutat ad imaginandas creaturas, quam personalitatis ad terminandam humanitatem; ergo actus voluntatis divinae poterit immediate immutare creaturas, absque eo quod ulla ratio mutetur, aut mutabilis, vel defectibilis sit.

§ III.

Solventur objectiones.

- Obi.** Tria sunt praecipua argumenta, quae possunt obijci, quae hic breviter solvamus, & ex eorum solutione, facilis erit ad alia omnia, si quae obijciantur, responsio.
- 110** Obiicitur itaque primo ad probandum libertatem debere consistere in aliqua ratione intrinseca superaddita actui necessario. Actus liber, quia liber est, debet posse deficere, cum potuerit non esse: Atqui non potest deficere, nisi consistat in aliqua actualitate, vel ratione intrinseca, distincta ab actu necessario, siquidem repugnat actum necessarium posse deficere: Ergo &c.
- 111** Confirmatur: Constitutum divini decreti liberi, potuit Deo deficere, sub ea ratione, quae ipsum constituit libere volentem creaturas, non potest non esse aliquid intrinsecum: Ergo, &c.
- 112** Respondeo distinguendo Majorem: Actus liber quia liber debet posse deficere, quantum ad entitatem, perfectionem, vel aliam rationem intrinsecam vel secundum illud quod importat in recto, nego. Secundum connotationem, & illud quod dicit in obliquo, concedo. Vel alius terminis; debet posse deficere subjective, vel active, & secundum illud quod se tenet ex parte Dei, nego: Objective, vel passive, & secundum illud quod se tenet ex parte objecti & termini, concedo. Et eadem solutio applicanda est Minoris, & eius probationis. Etenim actus liber non est actus voluntatis divinae secundum substantiam, perfectionem, vel aliam rationem intrinsecam; quia nihil hic sententia quam defendimus intrinsecam Deo admittit, quod non sit necessarium; sed est actus secundum virtutem exercitam, ut habet rationem causae, & ut creaturas connotat, quod exercitum, vel connotatum dicitur; alterum in recto, & est ipse actus secundum perfectionem actualem intrinsecam, omnino immutabilem, & alterum in obliquo, & est ipse effectus productus, defectibilis: Unde defectibilitas quae hic reperitur, non est exigenda ex parte ipsius actus, sed ex parte solius effectus producti; quomodo etiam effectus quodammodo referantur in actum, non quidem secundum substantiam, sed virtutem ut exercitam; quia si potuit non esse effectus, potuit actus effectum non producere; sicut actio ut creativa, vel conservativa definiret, si desineret effectus, est tamen nihil intrinsecum actioni deperire: quod idem contingeret personae divinae quae humanitatem Christi terminat; si enim desineret humanitas, desineret terminatio etiam intrinseca, est nihil intrinsecum amitteret: quia terminatio nihil aliud est, quam ipsa subsistentia Verbi Divini in recto, ut connotat humanitatem cui unitur in obliquo; etenim in hac sententia quam hic explicamus, non est necesse quod adveniat aliquid intrinsecum, vel pereat, ut adveniat, vel pereat intrinseca denominatio, ut statim ostendimus.
- 113** Ad confirmationem, concedo Majorem, & distinguo Minorem: Quod constituit Deum libere volentem, est aliquid intrinsecum precise, nego: est intrinsecum connotans in obliquo effectum productum, concedo; & sub hac ratione potuit deficere, quia potuit non producere effectum, nec ipsam subinde connotare.
- 114** Obiicitur secundo: Omnis denominatio intrinseca debet provenire ab aliqua forma intrinseca: Atqui denominatio liberi in Deo, est denominatio intrinseca. Ergo debet provenire ab aliqua forma intrinseca: Atqui iterum hoc formam non potest esse, nisi aliqua ratio intrinseca; superaddita actui necessario: Ergo, &c. Hac Minor subsumpta probatur; quia forma quae Deum denominat libere volentem, non potest esse ipse actus necessarius, siquidem om-

nis denominatio similis est, & ejusdem conditionis cum forma a qua oritur: Ergo actus necessarius non potest habere, sed solum necessarium volentem denominare.

Respondeo primo Majorem esse absolute negandam, quia interdum potest advenire nova denominatio intrinseca, est nihil intrinsecum adveniat, est sola connotatione aliquid extrinseco: cujus plura exempla afferri possunt. Nam materia prima dicitur habere vel complacentiam formae praeteritae, vel desiderium futurae, quae denominationem intrinsecam sunt; & tamen non oriuntur nisi ex connotatione formae quam habuit, vel habitura est: In sententia eorum, qui sunt extra Scholam D. Thoma, & qui non distinguunt relationem a fundamento, fundamentum dicitur intrinsece referri ad terminum, est nihil intrinsecum recipiat, ex eo solum quod terminum connotet; & agens dicitur agens intrinsece, non quod actionem in se recipiat, sed quod eam in passio receptam connotet; & licet in vera sententia agens complementum aliquod virtutis recipiat, a quo denominatur agens effective, attamen non denominatur agens formaliter, nisi ex sola actione, quae tamen non est in ipso, sed in passio. Idem etiam in Deo reperitur, nam Deus dicitur Creator, quia denominatio non potest non esse intrinseca, per solam virtutem activam, sine nova perfectione addita, ut connotat effectus productus; & dicitur etiam habere cognitionem futurorum contingentium intuitivam, sine ulla ratione superaddita, etiam virtualiter distincta, nam scientia visionis & libera, non quidem virtualiter a scientia necessaria & implicitis intelligentiae distinguuntur; quia illa distinctio virtualis non potest oriri ex objecto materiali circa quod versatur scientia visionis. Denique persona divina dicitur intrinsece terminare humanitatem, est nihil intrinsecum est adveniat, ex eo precise quod connotet humanitatem cui unitur. Idem dicendum de actu libero Dei, Deus enim dicitur libere volens creaturas, non quod aliquid intrinsecum recipiat, vel amittat, aut alio modo se habeat, sed quod in se immutabilis creaturas mutet, circa eas versetur, & eas connotet. Sed praeterea.

Respondeo secundo, non desiderari hic formam intrinsecam, ex qua proveniat denominatio liberi, (quod etiam dicendum est de aliis denominationibus creaturas, videmus, terminantis) provenit enim ex ipso actu voluntatis active quo importatur in recto, ut connotat in obliquo effectum productum. Unde concessio primo argumenti, distinguendo Minorem subsumptam: Actus necessarius non potest denominare Deum libere volentem, ut est necessarius, & versatur circa bonitatem divinam, & secundum perfectionem intrinsecam, secundum se & precise sumptam, concedo. Ut versatur circa creaturas, & eas connotat, nego: sub hac enim ratione non est necessarius, sed liber.

Obiicitur tertio: Decretum liberum est Deo ratio cognoscendi creaturas existentes, aut futuras: Sed non secundum rationem intrinsecam, quoad intrinsece necessarium: Ergo quoad intrinsecam liberam, ac subinde quae possit deficere secundum intrinsecam, non secundum extrinsecam solam, & secundum illud duntaxat quod importatur in obliquo.

Respondeo, concessio Majori, distinguendo Minorem. Decretum non est ratio cognoscendi creaturas secundum aliquam rationem intrinsecam necessarium, ut necessaria est precise, concedo; ut versatur circa creaturas, & eas connotat, nego. Decretum ergo liberum duo dicit, ut superior explicamus, alterum in recto, & est ipsemet actus secundum rationem intrinsecam, alterum in obliquo, & est creatura, vel existens, vel futura: cum vero illud rectum, scilicet actus voluntatis divinae, obliquum connotet, scilicet creaturam, facile poterit esse ratio cognoscendi creaturam existentem vel futuram.

ARTICULUS V.

An ex eo quod Deus aliquid in tempore velle inciperet, vel a libera voluntate desisteret, physica mutatio inferretur in illo?

**R**atio dubitandi, eaque non levis, sumitur ex principiis **119** art. 2. statuti, agendo de constituto divini decreti. Nam, ut ibidem ostendimus, liberum Dei decretum consistit in terminatione intrinseca indefectibili sub conceptu entitatis, & definitivum solum sub conceptu terminationis: Sed ex nova terminatione divine voluntatis ad creaturas, non sequitur mutatio physica in Deo: quia ut ibidem ostendimus, ad physicam mutationem requiritur transitus de non esse ad esse, seu de esse ad non esse forme intrinsecae: Ergo ex eo quod novum aliquid decretum in tempore Deo adveniret, non sequeretur illam physicam mutari.

Confirmatur: Deus absque physica mutatione potest in tempore denominationem creatis subire, quamvis ista denominatio intrinseca sit, ut communiter docent nostri Thomistae: Ergo similiter, quamvis denominatione liberi voluntis sit Deo intrinseca, poterit tamen illam absque physica mutatione de novo in tempore suscipere. His tamen non obstantibus

Dico:

- 120** Dico: Ex eo quod Deus aliquid in tempore velle inciperet, aut a libera voluntate desineret, sequeretur physica mutatio in illo, ac proinde ex immutabilitate divina non inferretur, non posse libera Dei decreta variari. Ita S. Thomas 1. cont. Gent. cap. 86. de verit. qu. 23. art. 4. ad 5. & in hac quest. art. 2. in quibus locis, & alibi saepe, docet Deum ex necessitate velle creaturas, non absolute, sed ex suppositione, ratione sine immutabilitatis. Et art. 7. ex immutabilitate Dei colligit non posse Dei voluntatem incipere velle in tempore. Quae etiam ratione utitur D. Augustinus lib. 12. Confess. cap. 5.
- 121** Probatur ergo conclusio ratione D. Thome hic art. 7. ad hanc formam redacta. Quod voluntas divina incipiat aliquando velle de novo, aut a voluntate desinat, solum provenire potest, vel ex hoc quod incipiat sibi esse conveniens & bonum, quod bonum & convenientis non erat, vel ex hoc quod de novo ut bonum cognoscit, quod prius ut tale non cognoscebat: primum arguit physicam mutationem in divina substantia, secundum in ejus cognitione: Ergo sequitur physica mutatio in Deo, ex eo quod aliquid incipiat in tempore velle, aut a libera voluntate desinat. Major ex eo videtur certa, quod voluntas versatur circa bonum cognitum tamquam circa proprium objectum: Ergo novitas volitionis, aut ex bono novitate, aut ex novitate cognitionis ejus debet provenire. Minor pro secunda parte supponitur ex dictis in Tractu de scientia Dei: pro prima vero illam explicat, & ostendit D. Thomas exemplo illius cui incipit esse convenientis ad ignem sedere, cum tamen prius discipulus eiens esset: quod non aliunde provenit, nisi quia mutatus est de caldo in frigidum. Homini etiam irato, bona videntur inimici vindicta, cui tamen jam pacato, discipientes apparent.
- 122** Dices, falsam esse Majorem, nec in illa numerari omnes causas ob quas potest voluntas incipere velle quod antea volebat, vel velle quod volebat: potest enim id contingere ratione libertatis, bono invariato, & cognitione illius: ut contingit in nobis, qui bono cognitio, & voluntas proposita, possimus ratione libertatis illud amare vel non amare.
- 124** Sed contra: Licet imprudens voluntatis mutatio (qualis in nobis saepe contingit) absque novitate boni, & cognitionis ejus possit evenire; illa tamen quae secundum prudentiam debet fieri, non nisi bono, aut illius cognitione variata, potest contingere: Ergo supposita, ut debet supponi, summa Dei prudentia in volendo, omnes causas assumptit D. Thomas; & consequenter ex variatione decretorum in Deo, recte inuritur physicam ejus mutationem.
- 125** Secundo probatur conclusio alia ratione fundamentali: Ut denominatio libere volentis incipiat de novo, necessarium requiritur, aut variatio intrinseca in entitate voluntatis divinae, aut novitas & variatio in obiecto: Atqui in obiecto volitionis liberae, prout est obiectum ejus, nequit esse novitas, aut variatio in tempore: Ergo necessarium requiritur variatio intrinseca in entitate libera volitionis. Major videtur certa, Minor autem suadet primo: Bonitas creata non terminat volitionem divinam, ut existens in propria mensura, sed ut existens in aeternitate: At ut in aeternitate contenta, nullam accipit variationem aut successiorem, cum aeternitas sit invariabilis & nota simul, ut ostendimus in Tractu de scientia Dei disp. 4. art. 7. Ergo ut obiectum volitionis divinae, nullius variationis est capax. Secundo, bonitas creata est obiectum volitionis liberae, ut cognita a Deo: Atqui omnis bonitas creata in tempore existens, ab aeterno est cognita a Deo, nec potest in tempore de novo cognosci, ut paulo ante dicebamus: Ergo ut esse obiectum volitionis Dei liberae, nequit variationem suscipere.
- 126** Ex dictis patet responsio ad rationem dubitandi initio propositam, & dupliciter enim ad illam responderi potest. Primo juxta primam rationem D. Thome, distinguendo Minorem: ex nova terminatione ad creaturas, non sequitur physica mutatio, a priori, & tamquam ex forma immutante, concedo Minorem a posteriori, & argutive, & ratione illius quod praesupponit, nego Minorem, & consequentiam. Itaque juxta hanc solutionem, ex eo quod in tempore Deus velle inciperet, non inferretur physica mutatio, quae per decretum fiat tamquam per formam immutantem, sed quae praesupponatur necessario facta, vel in substantia, vel in cognitione divina. Cum enim, ut supra arguebamus, divina voluntatis mutatio fieri non possit, nisi vel ex eo quod obiectum incipiat esse bonum, vel incipiat ut tale cognosci, & neutrum possit de novo contingere, absque physica mutatione; hinc est quod ex variatione decreti in tempore, inferatur physica mutatio in Deo; non a priori, & quae fieri debeat per decretum, ut formam immutantem, sed a posteriori, & ratione illius quod ad mutationem prudentem decreti debet necessarium supponi.
- 127** Secundo responderi potest, consequenter ad secundam rationem, negando Minorem; quia non stat in tempore superaddita de novo divina voluntatis terminationem liberam, sub conceptu terminationis, nisi insuper ei addatur nova

actualitas, & consequenter nisi mutetur physice. Rationem supra adduximus, quia nempe terminatio libera ad creaturas, nequit incipere in tempore in variatione divina, nisi vel ad novitatem obiecti, vel ad variationem entitatis actus: cumque in obiecto nequeat esse novitas, quae terminat prout in aeternitate contentum, in qua nulla est variatio vel successio, consequens fit quod debeat necessario intercedere novitas in entitate actus, ut in tempore incipiat in Deo libera terminatio ad creaturas.

Ex quo patet responsio ad confirmationem, concessio enim **128** Antecedente, neganda est Consequentia, & paritas: Ratio discriminis est, quia denominatio creatis sumitur ab actu voluntatis vel intellectus divini, ut actualiter transfertur, & connotat obiectum, prout in propria mensura existens; cum autem obiectum, prout in propria mensura, incipiat in tempore, consequens fit quod absque novitate in entitate actus, possit denominatio illa in tempore incipere: Denominatio autem libera volentis, non connotat obiectum prout in propria duratione, sed prout in mensura aeternitatis contentum, in quo prout sic novitas esse nequit; ac proinde nec denominatio volentis de novo, nisi entitas actus in seipsa varietur.

DISPUTATIO IV.

De Voluntate Dei Antecedente & Consequente.

**C**elebris est divisio voluntatis Dei in Antecedentem & Consequentem, quam Theologi a Damasceno, qui primus eam in Scholis induxit acceperunt; & circa illam plures occurrunt difficultates, & graves controversiae, quae his temporibus inter Thomistas & Modernos agitari solent, & quas sequentibus articulis exacte discutimus, ac resolvemus.

ARTICULUS I.

Quid sit voluntas antecedens & consequens, beneficiis & signis?

§ I.

Prima pars quaestio resolvitur.

**L**icet omnes Theologi unanimo consensu hanc divisionem recipiant cum D. Thom. hic art. 6. ad 1. illam tamen eodem modo non explicant, nec intelligunt. Molina enim, Vasquez, Lessius & alii Recentiores communiter, docent voluntatem illam in Deo dici antecedentem, quae antecedit nostrum consensum, & provisionem meritum, vel demeritorum; consequentem vero, illam quae supponit consensum liberi arbitrii, & praesentiam meritum, vel demeritorum. Thomistae autem cum S. Doctore existimant, voluntatem antecedentem esse illam, quae aliquid amatur consideratum solum secundum se, & ut praesens a circumstantiarum solum secundum se, & ut consequentem vero illam quae terminatur ad res secundum omnes circumstantias in particulari, ut in executione, & parte rei ponenda.

Dico ergo primo: Voluntatem Dei non dici antecedentem, ex eo quod antecedit consensum nostrum, aut praesentiam meritum, vel demeritorum, & consequentem ex eo quod consensum, & merito aut demerita voluntatis humanae, ut a Deo praesentia supponat.

Probatur prima pars: Cum voluntas Dei consequens sit efficacax, & causa nostri consensu, ut ostendimus dispositione sequenti, illum antecedit, prioritate saltem naturae & causalitatis, nam omnis causa est hoc saltem modo prior suo effectu: unde si voluntas Dei diceretur antecedens ex eo quod nostrum consensum, & liberam nostrae voluntatis determinationem antecedit, voluntas Dei efficacax; & consequens, deberet etiam vocari antecedens, & sic membra hujus divisionis confunderentur: At hoc non est dicendum: Ergo nec illud.

Confirmatur efficaciter: Voluntas illa antecedens, ex D. Thom. est voluntas solum secundum quid, & inefficax, sive velleitas quaedam, ut loquitur S. Doctor: Ergo non potest esse voluntas illa antecedens quam admittunt Adversarii, cum illa sit, quantum est ex parte Dei, efficacax, & voluntas simpliciter.

Secunda pars etiam suadetur: *Predestinationis inclusiva voluntatem salutaris, non solum antecedentem, sed etiam consequentem*, ut ait S. Thomas in 1. ad Annibal. dist. 46. quest. unica art. 2. ad 1. Sed predestinationi non supponit praesentiam meritum, ut cum eodem S. Doctore tractatu sequenti ostendimus: Ergo voluntas consequens non est illa quae supponit praesentiam meritum. Utraque pars magis patebit ex dicendis conclusione sequenti.

Dico secundo: Voluntatem antecedentem esse illam quae versatur circa obiectum, ut non veltum omnibus circumstantiis